

<Art. X. De Sacra Coena.>

45 ⁷⁰ Decimus articulus approbatus est¹, in
quo confitemur nos sentire, quod in
coena Domini vere et substantialiter ad-

<Art. X. Vom heiligen Abendmahl.>

M 164

Den zehnten Artikel fechten die Wider- 1 (54)
sacher nicht an, darinne wir bekennen, daß
unsers Herrn Christus Leib und Blut wahr-

De decimo. Neque nos fingimus, mortuum corpus Christi sumi in sacramento,
aut corpus exsanguis, aut sanguinem sine corpore sumi, sed sentimus integrum et
50 vivum Christum adesse in qualibet parte sacramenti.

¹) Decimus articulus in verbis nihil offendit, quia fatentur, in eucharistia post conse-
crationem legitime factam corpus et sanguinem Christi substantialiter et vere adesse, si
modo credant, sub qualibet specie integrum Christum adesse, ut non minus sit sanguis
Christi sub specie panis per concomitantiam, quam est sub specie vini, et e diverso...
Adiicitur unum tanquam ad illius confessionis articulum valde necessarium, ut credant

sint corpus et sanguis Christi et vere exhibeantur cum illis rebus, quae videntur, pane et vino, his qui sacramentum accipiunt. Hanc sententiam constanter defendimus re diligenter inquisita et

1. Kor. 10, 16. agitata. Cum enim Paulus dicat, panem esse participationem corporis Domini etc., sequeretur panem non esse participationem corporis, sed tantum spiritus Christi, si non adesset vere corpus

2 (55) Domini. Et comperimus non tantum romanam ecclesiam affirmare corporalem praesentiam Christi, sed idem et nunc sentire et olim sensisse graecam ecclesiam. Id enim testatur canon missae apud illos, in quo aperte orat sacerdos, ut mutato pane ipsum corpus Christi fiat¹. Et Vulgarius, scriptor ut nobis videtur non stultus, diserte inquit, panem non tantum figuram esse, sed vere in

3 (56) carnem mutari². Et longa sententia est Cyrilli in Iohannem cap. 15., in qua docet, Christum corporaliter nobis exhiberi in coena. Sic enim ait: non tamen negamus recta nos fide caritateque sincera Christo spiritualiter coniungi. Sed nullam nobis coniunctionis rationem secundum carnem cum illo esse, id profecto pernegamus. Idque a divinis scripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitavit Christum etiam sic vitam esse, nos vero palmites, qui vitam inde nobis acquirimus? Audi Paulum dicentem: Quia

1. Kor. 10, 17. „omnes unum corpus sumus in Christo,“ quia „etsi multi sumus, unum tamen in eo sumus. Omnes enim uno pane participamus.“ An fortasse putat ignotam nobis 35 mysticae benedictionis virtutem esse? Quae cum in nobis sit, nonne corporaliter quoque facit, communicatione carnis Christi, Christum in nobis habitare? Et paulo post: Unde considerandum est non habitudine solum, quae per caritatem intel-

4 (57) ligitur, Christum in nobis esse, verum etiam participatione naturali etc.³. Haec recitavimus, non ut hic disputationem de hac re institueremus, non enim improbat hunc articulum Caes. Maiestas, sed ut clarius etiam perspicerent, quicunque ista legent, nos defendere receptam in tota ecclesia sententiam, quod in coena Domini vere et substantialiter adsint corpus et sanguis Christi et vere exhibeantur cum his rebus, quae videntur, pane et vino. Et loquimur de praesentia vivi Christi; scimus enim,

W 158 quod mors ei ultra non dominabitur. Rom. 6, 9.

haftiglich im Nachtmahl Christi zugegen und mit dem sichtbaren Dingen, Brot und Wein, dargereicht und genommen wird, wie man bis anher in der Kirchen gehalten hat, wie auch der Gräfen Canon zeuget. Und Cyrillus 5 spricht, daß uns Christus leiblich gereicht und geben wird im Abendmahl. Denn so sagt er: „Wir läugnen nicht, daß wir durch rechten Glauben und reine Liebe Christo geistlich vereinigt werden. Daß wir aber 10 nach dem Fleisch gar keine Vereinigung mit ihm haben sollten, da sagen wir nein zu, und das ist auch wider die Schrift. Denn wer will zweifeln, daß Christus auch also der Weinstock sei, wir die Reben, daß wir Saft 15 und Leben von ihm haben? Höre, wie Paulus sagt: „Wir sind alle ein Leib in Christo, wiewohl unser viel sind, so sind wir in ihm doch eins; denn wir genießen alle eines Brots.“ Meinst du, daß wir die Kraft des 20 göttlichen Segens im Abendmahl nicht wissen? Denn wenn der geschicht, so macht er, daß durch die Genießung des Fleisches und Leibes Christi Christus auch leiblich in uns wohnet. Item: Darum ist das zu merken, daß Christus nicht allein durch geistliche Einigkeit, durch die Liebe, sondern auch durch natürliche Gemeinschaft in uns ist.“ Und wir reden von Gegenwärtigkeit des lebendigen Leibes; denn wir wissen, wie Paulus 30 sagt, daß der Tod forthin nicht über ihn herrschen wird.

ecclesiae potius quam aliter nonnullis male docentibus omnipotenti verbo Dei in consecratione eucharistiae substantiam panis in corpus Christi mutari. Ita enim in concilio generali (Conc. Lat. 1215) diffinitum est. CR 27, 106 f. Lit. f. o. S. 64 U. 1.

¹) Vgl. die Epistelen der griech. Liturgien, 3. B. Markusliturgie: καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα — τὸ δὲ ποτήριον αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης αὐτοῦ τοῦ κυρίου. Brightman, Lit. east. and west. I, 136. Chrysostomuslit: καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου. Brightm. I, 387 (ähnlich die Basilienlit. I, 330).

²) Der Bulgare Theophylact, Erz. von Aethiopia (11. Jh.). Comm. in ev. Marc. 14, 22: οὐ γὰρ ἀντίτυπος τοῦ κυριακοῦ σώματος ἐστὶν ὁ ἄρτος. ἀλλ' εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλεται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. MSG 123, 649 D. Melanchthon hatte diese Stelle und ev. Matth. 26, 26 (MSG 123, 444 D) schon in seinen Sententiae veterum aliquot scriptorum de coena domini. 1530 gegen die Schweizer angeführt. CR 23, 739 f. Das: ut nobis videtur non stultus ist gegen Otolampads Gegenschrist gerichtet. Plitt, Apologie S. 156 f. In Ed. 1531. 8^o, der Übersetzung von Jonas und den späteren Ausgaben fehlt die Stelle. Zu mutari vgl. S. 247 Anm. 1. ³) Cyrill v. Alexandr. In Joh. lib. X, 2. MSG 74, 341 A/B. D.

<Art. XI. De Confessione.>

Undecimus articulus de retinenda absolutione in ecclesia probatur¹. Sed de confessione addunt correctionem, videlicet observandam esse constitutionem Cap. Omnis utriusque², ut et quotannis fiat confessio, et quamvis omnia peccata enumerari non queant, tamen diligentiam adhibendam esse, ut colligantur, et illa, quae redigi in memoriam¹ possunt, recenseantur. De hoc toto articulo dicemus paulo post copiosius, cum sententiam nostram de poenitentia totam explicabimus³. Constat nos beneficium absolutionis et potestatem clavium ita illustravisse et ornavisse, ut multae afflictæ conscientiae ex doctrina nostrorum consolationem conceperint, postquam audiverunt mandatum Dei esse, imo propriam evangelii vocem, ut absolutioni credamus, et certo statuamus nobis gratis donari remissionem pecca-

<Art. XI. Von der Beicht.>

Den eilften Artikel, da wir sagen von der Absolution, lassen ihnen die Widersacher gefallen. Aber was die Beicht belanget, setzen sie dieses dazu, daß mit der Beicht soll gehalten werden nach dem Kapitel: Omnis utriusque sexus, daß ein jeder Christ alle Jahr einmal beichte, und ob er alle Sunde so rein nicht kann erzählen, daß er doch Fleiß habe sich der alle¹ zu erinnern, und so viel er sich erinnern mag, daß er die in der Beicht sage. Vom ganzen Artikel wollen wir hernach weiter handeln, wenn wir von der christlichen Buß werden reden. Es ist am Tage und es können die Widersacher nicht leugnen, daß die Unsern von der Absolution, von den Schlüssel, also christlich, richtig, rein geprediget, geschrieben und gelehret haben, daß viel betrübte, angefochtene Gewissen daraus großen Trost empfangen, nachdem sie dieses nötigen Stücks klar unterrichtet sein, nämlich

In undecimo. Etsi confessionem et absolutionem probamus, sicut constat, tamen non alligabimus cuiusquam conscientiam ad observandum capitulum: Omnis utriusque sexus, quia continet mandatum impossibile, ut omnia peccata confiteamur. Porro non solum facta omnia meminisse impossibile est, sed etiam impossibile nosse omnia peccata. Præsumptum est enim cor hominis et inscrutabile.

Natura humana plena est malis cupiditatibus, impietate, contemptu Dei, hæc peccata hærent ita in natura, ut non possint cerni aut intelligi, nisi Spiritus Sanctus ostendat ea in cordibus nostris. Necesse est autem docere conscientias, quod etiam non enumerata peccata remittantur credentibus.

Et cum de absolutione et fide docendus esset populus, una cura omnium scribentium et docentium in templis fuit, assuefacere homines ad colligenda peccata, interim de fide altissimum silentium erat.

Itaque hanc sarcinam capituli Omnis utriusque non imponemus piis conscientiis, quæ per se multum habet incommodi, et addiderunt glossæ infinitos et periculosissimos laqueos.

In duodecimo, quod dicunt debere certa opera imponi confitentibus ad satisfaciendum, non potest probari ex scripturis.

Et quod fingunt mutari poenam mortis æternæ in poenam temporalem, imponendam potestate clavium, nunquam probari poterit. Et hæc opinio ledit gloriam meriti et satisfactionis Christi. Quia Christus est victima pro peccato. Sicut scriptura inquit: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Quanta impietas est fingere, quod culpa propter meritum Christi tollatur, verum mors æterna tollatur propter nostra opera, cum Christus sit victor mortis et peccati.

Quamquam autem Deus exerceat sanctos variis afflictionibus, tamen hæc potestate clavium neque imponi neque tolli possunt. David post adulterium punitus est. Hæc pena non erat pro peccato necessaria, sed ita visum est Deo, et humiliare ipsum et aliis exemplum ostendere, sicut ipse inquit: Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas.

Quod autem in synodis facti sunt canones poenitentiales, hi nihil pertinebant ad remissionem peccatorum. Sed erant quaedam publica disciplina exempli causa instituta, vel ut probarentur, etiam isti redibant ad Ecclesiam, ritus erat humanus, ad remissionem culpæ aut poenæ non necessarius.

¹) CR 27, 107.²) Conc. Lat. 1215 can. 21. Decr. Greg. IX. lib. V. tit. 38 c. 12.³) S. 272 ff.

torum propter Christum, et sentiamus vere nos hac fide reconciliari Deo. Haec sententia multas pias mentes erexit, et initio commendationem maximam apud omnes bonos viros attulit Luthero, cum ostendit certam et firmam consolationem conscientis, quia antea tota vis absolutionis erat oppressa doctrinis operum, cum de fide et gratuita remissione nihil docerent sophistae et monachi.

ständige Leute, viel fromme Herzen im Anfang dieser unser Lehr halben D. Luthern hoch gelobet und des ein sonder Freude gehabt, daß der nötige, gewisse Trost wiederum wäre an Tagbracht. Denn zuvor was die ganze nötige Lehre von der Buß und Absolution unterdrückt, nachdem die Sophisten keinen rechten und beständigen Trost des Gewissens lehrten, sondern wiesen die Leute auf ihre eigene Werk, daraus eitel Verzweiflung in erschrocken Gewissen kommt.

daß es Gottes Gebot ist, daß es der rechte Brauch des Evangelii ist, daß wir der Absolution glauben und gewiß bei uns dafür halten, daß ohne unsern Verdienst uns Sünde vergeben werden durch Christum, daß wir auch so wahrhaftig, wenn wir dem Wort der Absolution glauben, Gotte werden versühnet, als hörten wir eine Stimme von Himmel. Diese Lehre, welche fast nötig, ist vielen angefochtenen Gewissen fast tröstlich gewesen. Auch haben viel redliche, ver-

3 (60) Ceterum de tempore, certe in ecclesiis nostris plurimi saepe in anno utuntur sacramentis, absolutione et coena Domini. Et qui docent de dignitate et fructibus sacramentorum, ita dicunt, ut invitent populum, ut saepe utantur sacramentis. Exstant enim de hac re multa a nostris ita scripta¹, ut adversarii, si qui sunt boni viri, haud dubie probent ac laudent. Denuntiatur et excommunicatio flagitiosis et contemptoribus sacramentorum. Haec ita fiunt et iuxta evangelium et iuxta veteres canones.

4 (61) Sed certum tempus non praescribitur, quia non omnes pariter eodem tempore idonei sunt. Imo si accurrant eodem tempore omnes, non possunt ordine audiri et institui homines. Et veteres canones ac patres non constituunt certum tempus. ¹ Tantum ita dicit canon: Si qui intrans ecclesiam Dei et deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur. Quodsi non communicant, ad poenitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineant. Si non fecerint, abstineant². Christus ait, illos sibi iudicium manducare, qui manducant indigne. Ideo pastores non cogunt hos, qui non sunt idonei, ut sacramentis utantur.

alten Canones und Väter setzen keine gewisse Zeit; allein also sagt der Canon: „So etliche sich zu der Kirchen begeben und befunden werden, daß sie das Sakrament nicht brauchen, soll man sie vermahnen. Wo etliche nicht communicieren, sollen sie zur Buß vermahnet werden. So sie aber wollen für Christen gehalten sein, sollen sie nicht allzeit davon halten.“ Paulus 1. Kor. 11. sagt, daß diejenigen das Sakrament zum Gericht empfangen, die es unwürdig empfangen. Darum zwingen unsere Pfarrer diejenigen nicht, die nicht geschickt

Was aber die gewisse Zeit der Beicht belanget, so ist es wahr und den Widersachern unverborgen, daß in unsern Kirchen viel Leute des Jahrs nicht allein einmal, sondern oft beichten, der Absolution und des heiligen Sakraments brauchen. Und die Prediger, wenn sie von dem Brauch und Nutz der heiligen Sakrament lehren, lehren sie also, daß sie das Volk mit Fleiß vermahnen des heiligen Sakraments oft zu gebrauchen. Und es sind auch die Bücher und Schriften der Unsern am Licht, welche also geschrieben, daß die Widersacher, welche ehrbare, gottfürchtige Leute sein, solche nicht anfechten, sondern loben müssen. So wird auch von unsern Predigern allzeit daneben gemeldet, daß die sollen verbannt und ausgeschlossen werden, die in öffentlichen Fasten leben, Hurerei, Ehebruch etc. Item so die heiligen Sakrament verachten. Das halten wir also nach dem Evangelio und nach den alten canonibus. Aber auf gewisse Tage oder Zeit im Jahr wird niemand zum Sakrament gedrungen, denn es ist nicht möglich, daß die Leute alle gleich auf eine gewisse Zeit geschickt sein, und wenn sie alle in einer ganzen Pfarre auf eine Zeit zum Altar laufen, können sie nicht so fleißig verhört und unterrichtet werden, wie sie bei uns unterrichtet werden. Und die

6 (63) De enumeratione peccatorum in confessione sic docentur homines, ne laquei

Von dem Erzählen aber und Verinnerung der Sünde in der Beicht unterrichten

¹) f. o. S. 66 Anm. 1. ²) Conc. Tolet. 400. can. 13. Decr. Grat. III. De consecr. d. 2. c. 20.